

210

et qui recipit: ambo sunt videntes
 quoniam scilicet ille qui facit humiliter reco-
 gnoscit. et ille qui recipit liberali-
 ter dimittit. et tunc nullum est peri-
 culum. aliquando uenit quod alter est ce-
 cus et alter videns: quoniam scilicet ille qui
 facit vult satisfacere. et ille qui re-
 cipit non vult dimittere. et econtra
 si tunc non est magnus periculum
 quod benignitas illius uertit et emol-
 lit cor alterius. **Roma. xij.** Si e-
 rit inimicus tuus cibus illum. si fi-
 tit potum da illi. hoc enim faciens:
 carbones ignis operes super caput
 eius: inducens. scilicet eum ad amorem
 tuum. Aliquando uenit quod ambo sunt
 ceci: quoniam scilicet ille qui iniuriam fecit non
 vult satisfacere. nec ille qui recipit
 vult pœre. et tunc est magnus pe-
 riculum. quod tunc ambo cadunt in fo-
 neam peccatorum. Deinde ad iniurias
 dimittendas inducit nos ex con-
 sideratione magni exempli: quoniam di-
 cit. Non est discipulus supra ma-
 gistrum. Magister enim noster Christus om-
 nes iniurias sibi factas sic dimisit
 quod non seruauit turbationem in cor-
 de. nec dixit obprobria in ore. nec
 fecit aliquam uindictam in opere. **2
 sa. xxxi.** Non erit tristis neque tur-
 bulentus quo ad primum. Non da-
 mabit. nec audiet foris uox eius
 quo ad secundum. Calamum quassa-
 tum non conteret. et lignum sumi-
 gans non extinguet. Et minimam
 iniuriam non inferet: quo ad terci-
 um. Tercio nos inducit ad dan-
 dam etiam ex consideratione magni pre-

mijs cum dicit. **Mensuram bonam et con-**
sertam ad. Simus autem anime est in-
 tellectus uel affectus anime. Intellectus
 implebitur gloria et contemplationis. si
 uel uisionis aperte. affectus imple-
 bitur gloria dilectionis immense. Est
 autem mensura bona in anime bea-
 tificatione. offeruntur in corpore glorifi-
 catione. quod ad beatitudinem anime
 offeruntur glorificatio corporis. Coa-
 gitata erit in iocunda et ordinata
 sanctorum societate. Sicut enim in co-
 agitatione grana ad inuicem ordina-
 tur et associantur. sic societas sancto-
 rum erit ordinata et iocunda. Su-
 perfluens erit in aperta dei uisione.
2sa. xl. Tunc uidebitis et affluet ad
 quo ad mensuram effluentem quod
 erit in dei uisione. Et mirabitur di-
 latabitur cor tuum quo ad mensuram
 bonam quod erit in mirabili et lata anime
 beatificatione. Quod uersa fuerit ad
 te multitudo maris quo ad mensu-
 ram offeruntur quod erit in corpore gli-
 ficatione. Corpus autem mare anime fuit.
 quod multas amaritudines sibi fecit
 Sed tunc conuertitur et anime sub-
 iacet totaliter cum fortitudo gen-
 tium uenerit tibi quo ad mensu-
 ram coagitatam quod erit in societa-
 te sanctorum iocunda. quod ex omnibus
 gentibus est collecta et contra mundum
 et carnem fuit fortis et robu-
 sta.

Secundus sermo.